



RHETORICÆ
ECCLESIASTICÆ,
SEU ARTIS

Concionandi,

Liber Primus.

RHETORICA Ecclesiastica est
ars persuadendi Ecclesiæ Christi res
ad salutem necessarias.

II. Huius acquirendæ mediæ secundum
Spiritus sancti gratiam, quatuor sunt. Pri-
mum, natura; secundum, methodus seu Sy-
stema præceptorum; tertium, usus; ad quem
pertinet imitatio; quartum deniq; prudentia
& Cursus quædam rerum Ecclesiasticarum in
pastore.

III. Naturæ nomine quatuor continen-
tur. I, bona animi & corporis temperies ac dis-
positio ad cogitandum de iis, quæ persuasioni
apta sunt, & ad cogitata promendum. 2, me-
moriæ fidelitas. 3, vocis concinnitas. 4, corpo-
ris quædam spectabilitas; & decens ad pero-
randum habitus.